



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Brassica.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

Vide Mat-  
theol. sub  
finem c.  
13. li. 4.  
Diof.

bant. Upupa siquidem uvis vesceitur immodice, ita ut plerumq; inde ebria fiat: verum simulac se a-  
tentari senserit, Capillo Veneris decerpto, efficacissime sibi medicatur. Herbam hanc Adianton  
Græci vocant, ἀπὸ τῆς αὐτῆς διαίτης, hoc est, à non marcescendo: neq; enim brama, ut herba te lique,  
marcescit, neq; aqua persulum mesumve *quod dicitur* muli, hoc est, pulchricornum, à *quod dicitur*  
id est, multicomum, utrumq; ab effectu vocant, licet *quod dicitur* nonnulli canocomum interpretan-  
tur, qui etiam ab effectu Saxifragum appellarunt. Capillum vero Veneris ideo Latini dicunt, quia  
capillum præcipue tingit: ad hoc de coquitur in vino cum semine Apu, adjecto oleo copioso, ut  
crispum densumq; faciat. De fluere vero prohibet, Ursino adipe & ladano admixtis.

## DE APIASTRO.

## POPULUS LEGE COERCITUS. CAP. LVI.

Vide Plin.  
li. 21. c. 12.

A Pem suo commentario populum inter alia significare diximus. Eum vero legibus coercitum  
hieroglyphico aliquo figurare qui vellent, Apem & apiastrum herbam proponebant: qua si  
perungantur alvearia, non fugere Apes tradunt: nullo enim magis gaudent flore, eaque de causa  
*πελίας φουδαν;* & melitæ nam appellatam constat, quæ matrubium est nonnullis.

## DE BRASSICA. CAP. LVII.

Athenaus  
dipnos.  
Theophras-  
tus  
Plin. li. 20.  
c. 9.

Quod autem ad modo memoratam Upupam & Adiantum facit, auxilio etiam esse ajunt brassi-  
cam: ubi quis ebrietate tentetur. Nam ante cibum sumpta, largiores potationes ne laedant, ef-  
ficat, ut auctores pleriq; tradunt, præsertim Græci.

## INTERTURBATA LÆTITIA. CAP. LVIII.

Plin. ibid.

Unde qui lætitiâ interturbatam importunitate cuiuspiam hieroglyphice notatam voluit,  
Brassicam inter duos vitium surculos adsitam constituit. Vino enim, quod præcipuum est læ-  
titiæ hieroglyphicum, ea, ut apud Plinium est, aversatur, in primisq; est vitibus inimica, vitesq; illius  
perniciosa alterutri fovant inter sese odia. Nam vites, ut secundo de Divinatione Tullius, à caulibus  
Brassicis, si propter sati sint, ut à pestiferis & nocentibus refugere dicuntur: & quoniam vitibus  
juscumq; admicula clavibus pervestigent, quæ tanquam manibus apprehendant, atq; ita se eri-  
gant, hos tamen, utcumq; prope adsint, nulla ex parte contingunt. Ad hæc Serenus, ubi de sua &  
Tarentini sententia, nihil in vineis seminandum censet, Brassicam præcipue summovendam præ-  
cipit, utpote quæ vitibus egregie contraria sit: & cujus propter naturæ suæ siccitatem multo in-  
degeat humore, evenit ut juxta adsita vitibus alimentum subtrahat. Tanta vero inter vitem & brassi-  
cam dissensio est, ut si quis vinum dum ea coquitur instillaverit, ne postmodum coquantur, efficiat,  
& oleris colorem vitiet. Quiq; prius crudam brassicam ediderit, vino quantumvis largiter hausto  
tentari non poterit, quia vis ejus occulsi brassicæ hebetatur, fractaq; labat. Hinc plerisque  
hæc regionibus, & totius etiamnum Europæ provinciis mos inolevit, ut cum calendæ Augusti vulgo  
Baccho dicatæ habeantur, permilla eo die unicuique volenti largius epotandi licentia, symposiis  
que ad hoc institutis, & curiosissime celebratis, in quibus Augustum se capessere gloriarentur, brassi-  
cas identidem ut ebrietatis antidotum in ferculis præsumant. Affirmat & illud Senecius, quod  
ex Cicérone retulimus, si juxta deposita vitis sit, ultro eam effugere, & in contrariam partem sit-  
menta convertere: id quod nos in hortis nostris Castalioneis fieri vidimus extra quorum septem  
excitata pergula, quam juxta positæ vites inscenderent ad meridiem, accidit ut hortolani inco-  
ritia differtim brassicæ subseminarentur, tum vites quumprimum pampinos emittere caperunt,  
brassicarum juxta surgentium odore offensæ surculos converterunt, omisque percommodè  
parata pergula, ultra septem ad septemtriones sese portexere. Absueram ego tres menses, dum  
hæc nulla curantur diligentia. Reversus autem avulsis inde caulibus coactus sum bonam earum  
partem pedamentis ac radicis alieno loco sustentare, quod præter spem feliciter cessit, pergula ter-

Vitis &  
Brassica  
dissensio  
mirabilis.  
Plin. ibid.